



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

1. Quando dictatus sit Leuiticus.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

**I**anu[m] mens[is] primo, anni secundi prima die mensis colloccatum est tabernaculum. Primus hic mensis non est Tisri, qui primum in Hebræorum Calendarijs locum obtinet; sed Nisan, anni secundi ab Exodo ineuntis, ut omnes interpretantur. Hæc enim in Sina gesta sunt, mansione 12. ex qua eodem anno die 20. mensis secundi castra mouerunt Hebræi. Num. 10.v. 11. Vnde patet hoc loco scripturam non de exacta computatione, sed anno emergente intelligendam esse. Siquidem Exodus contigit die 15. Nisan; tabernaculum vero sequentis Nisan primo die erectum est, quando adhuc dies 13. aut 14. ad anni complementum deerant. Valde probabile est, eodem modo putandos esse annos vitae Noë Gen. 7.v. 11. & cap. 8.v.14.

*Quando  
Taberna-  
culum e-  
reghum.*

# NOTAE ET QVAE= STIONES CHRONOLOGICÆ

### **in Leuiticum.**

Quando sit dictatus Leuiticus.

1. **G** Eritum est præcepta Leuitici non esse data ante diem primam pri-  
mi mensis anni secundi egressionis de Ægypto : quia haec oracula  
Moyses ex tabernaculo testimonij accepit, vt hic præmittitur c. 1.  
v.1. Hoc autem tabernaculum illa primadiæ primi mensis erectum  
est. Exodi 40. v.15.

2. Certum etiam est, hunc librum iam absolutum fuisse, die prima mensis se-  
cundi eiusdem anni: tunc enim incepit liber Numerorum, cuius primum caput  
his verbis inchoatur: *Locutus est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, in tabernaculo fœ-*  
*deru prima die mensis secundi, altero anno egressionis eorum ex Ægypto* Ex quibus ma-  
nifeste est appareat, librum hunc dictatum anno secundo Exodi mense primo.

3. Bene autem notant Cornelius hoc loco, Abulensis Num. i. q.1. Lorinus ib. *Non uno*  
oracula huius libri non fuisse simul vno die data sed successiæ per varios men-  
sos primi dies, vt patet cap. 9 v.1. c. 10. v.1. c. 16. v.1. Quæ enim capite octauo re-  
tententur, ad diem octauum referuntur, vt ibidem dicitur v. 1. quo pariter die  
congit interitus filiorum Aaronis, & alia quæ illo cap. 10. consignata sunt. Nec  
dubium quin alio die data sint ea, quæ cap. 16. continentur, nempe post mortem  
duorum filiorum Aaronis, ibid. v.1.

4. Hing

QVÆSTIO CHRONOLOG.

192

Quid  
Moy/et  
diu in mō-  
se egerit.

Duo no-  
tanda.

Quando  
hac gesta.

Oblauia  
consecre-  
tionis  
Aaron.

4. Hinc merito Abulensis Leuit. i. q. 8. quorundam assertum redarguit, interrogati quidnam Moyses 40. diebus in monte cum Deo egisset; respondebant eum tunc inter cætera Leuitici præcepta didicisse. Nam hæc præcepta tabernaculo testimonij tradita sunt, Leuit. i. v. 1. hoc autem tabernaculum erat in monte, imd necdum collocatum, quando Moyses suas quadrigem cum Deo in monte transegit. Siquidem Hebræi non antè res ad tabernaculum structuram requiisitas contulerunt, quam Moyses absoluta sua postremo dragesima cum posterioribus tabulis ad castra reuertisset.

5. Duo tamen hæc aduertenda sunt. Alterum, non solum in Leuitico, etiam alibi, leges & præcepta de sacrificijs, & sacerdotiorum ritibus traditus, ut pater in Exodo maximè cap. 29. cap. 30. &c. Item cæmoniæ illæ quæ mo die errecti tabernaculi Moyses, tum sacrificijs offerendis, tum novissimis dotibus initiandis adhibuit, diuinatus ante Leuiticum ipsi iam innoverat pater Exodi 29. & hæc cap. 8. Alterum, in decursu huiuslibri, quædam peripitulationem subinde inseri, quæ ante dicta gestaue fuerant, ut infra cuiuslibet alijs in locis annotabo: quorum nonnulla in ipsis sacris Biblij ad manus indicantur, ut cap. i. v. 3. cap. 3. v. 3. cap. 8. v. 32.

CAPVT VIII. LEVIT.

QVæ hoc capite narrantur, gesta sunt primo die primi mensis, quando etum est tabernaculum. ut patet Exodi 40. v. 12. & 29. Ita Cornelius. 1. Tostatus Leuitici i. q. 8. & cap. 8. q. 1. vbi monet legem de consecratione sacerdotum fuisse latam Exodi 29. hæc fieri recapitulationem: quibus alijs portius, quam Bonfrerio, qui videtur opinari, hæc præcepta eo die Moysi quo Aaron cum filiis consecratus est. Non negat tamen, nec negare posse esse recapitulationem.

CAPT IX. LEVIT. v. 1.

1. FActo autem octauo die. Hunc diem octauum ab initio consecrationis & filiorum eius computandum, omnium ut opinor, est sententia id afferit Tostatus in hunc locum, Rabi Salomon apud eundem q. 1. l. Num. 7. Cornelius, Bonfrerius, Menochius hic. v. 1. Lorinus Num. 1. v. 1. niellus, Salianus. Rationem afferunt ex præcedenti cap. v. 33. De ostio quoque tabernaculi non exhibitis septem diebus, usque ad diem, quo complebitur tempus conformatio: septem enim diebus finitur consecratio. Antequam enim completa esset consecratio, eis non licet functiones sacerdotiales obire. Absoluimus septem consecrationis sua diebus, Aaron & filii eius, immolatis octauis annis, noui sacerdotes suas Deo primitias obtulerunt.

2. Hanc octauam diem consecrationis Aaron & filiorum eius Rabbi Salomon, in primam primi mensis coniicit, ratus septem ultimis diebus ultimi mensis, illos sacris initiatos fuisse. Rationem afferebat, quod prima die primi mensis Aaron & filii eius videantur functi munis sacerdotalibus officientes sacrificia Principum Hebreæ gentis de quibus Numer. 7. Quod non poterant nisi transactis 7. diebus à sua consecrationis exordio. Assentitur Genebr. ad finem anni m. 26 69, dum scribit 2. Adar cœpisse dies consecrationis illorum, & primo die Nisan iam fuisse expletos. Quod ipsum Hebrei turmatim pabantur.

3. At verò commune authorum placitum vult octauam hanc à consecratione Aaron incidisse in octauam pariter mensis primi, & clarè colligitur ex ultimo capite libri Exodi, quo prima die primi mensis dicitur collocatum fuisse tabernaculum, & tunc, (non ante) Aaron eiusque filii sacris initiati. Nam ver. 12. iubet Deus ut Moyses eos consecrandos applicet ad fores tabernaculi testimonijs, & vers. 30. dicuntur ingressi tectum foderis & accessisse ad altare sicut præperat Deus Moysi. Ergo iam tum, eretum & tecto operatum erat illud tabernaculum, cuius ibi collocatio, & consecratio describitur, & de quo Deus postea fudit oracula, ut Leuit. 1. v. 1. Gratis enim aliud ab isto communi tabernaculo singit Rabbi ille Salomon, ut dicam. Numer. 7. Ita docent Lyranus, Cornelius Bonfrerius, l.c. Abulensis Leuit. 1. quæst 8. cap. 9. quæst. 1. Exodi 40. qu. 9. Num. 1. q. 13. Torniellus ad an. m. 2545. num. 2. Salianus num. 14. & 24. Lorus Leuit. 9. v. 1. Menochius ibidem, dum expressè hanc diem octauam nominat à consecratione non solum Aaronis, sed etiam tabernaculi. Rationē Rabbi Salomonis, nullam esse probant plerique authorum citatorum, cum ex faci s codicibus constet Moysen sacerdotalia munia obiuisse antequā Aaron & filii eius cœlebrari essent. Nā Leuit 8. v. 14. Moysen legimus necdū perfecta septem diebus illorum consecratione, sed inchoata tantum, obtulisse vitulum pro peccato: v. 18. arietem in holocaustum, & arietem secundum in consecratione sacerdotum, v. 22. huic arietis pediculatum in partem suam tulisse vers. 29. sicut præoperat ei Dominus, puta Exodi 29. vers. 26. Talis autem pars sacerdoti cedebat. Nihil igitur obstat, quo minus Moyses obrulerit, per primos septem dies munera Principum filiorum Israhel, de quibus Num. cap. 7. antequam absoluta esset Aaronis & filiorum consecratio. Octaua igitur die primi mensis anno secundo Exodi, quæ etiam erat octaua ab incepta consecratione Aaronis, gesta sunt qua hoc capite recensentur.

4. Eodem anno, mense, die mensis, egressus ignis à Domino deuoravit holocaustum, & adipes, qui erant super altare ut hic scribitur, vers. 24. anno mundi 2545. Ignis coram litus datum cum Torniello & Saliano reor: ante vulgarem Christi æram 1496. ut notatur.

P.  
Philippi

Chronologia  
Testamenti

A IV

17

Cornelius initio Com. in Leuiticum §. Hinc sequitur, & in tabulis expandit  
nōpseos sacrorum temporum.

## CAPVT X. LEVIT. v. 2.

*Interitus  
ff. Aaron  
1. mensis.*

*Nono et die  
mensis.*

*Sed et Iessa*

1. Egressus ignis à Domino deuorauit eos, puta Nadab & Abiu filios Aaronis. Emo, quod sciam eos ante diem primam mensis primi, anni 2, ab ēo peremptos esse affirmat; neque id affirmari potest: ista enim die cœptacrum consecratio, vt patet Exodi 40, quādo verò igne alieno adolete præserunt, iam erāt sacris initiati. Nec est etiam ratio, cū Scriptura putetur terris ordinē mutasse, dum igni miraculoſo hanc luctuosam de filiis Aaronis rationem subiungit. Cū igitur ignis diuinitus emicuerit die 8, Nisan an. 2, Et ante hanc diem filiorum Aaron interitum non accidit. Sed nec ad diem cundi mensis differri potest iste easus: tunc enim è 12. statione, que fuit ad tem Sinai, Pharan versus mouerunt Hebræi. Num. 10, v. 11. Filii autem mortui sunt in deserto Sinai lib. v. 3, vbi narrantur ea, quæ sub initium mensi cundi, illis iam interemptis gesta sunt. Quo fit, vt tam ex Hebreorum, & Christianorum sententia, duo filii Aaronis Nadab & Abiu primo mēde 2. ab Exodo interierint. Confirmatur ex alia communī doctrina superius, quæ librum Leuitici primo isto mense circumscribit: quod etiam plerūk Sectariorum facentur, vt Bucholcerus an. m. 2453, Alstedius 2454.

2. Hebræi cum Christianis fatentur die octaua consecrationis Aaronis eius interitum accidisse: in eo verò hallucinantur, quod hanc oīm consecrationis ad primam diem i. mensis violentē trahant, vt iam dicunt p̄æcedentiū num. 3.

4. Mortui igitur sunt Nadab & Abiu octaua die Nisan, quo Aaron translati s. suæ initiationis diebus munia sacerdotalia ex officio auspirant, & igne diuinitus dato vi etiū fuerant assumptæ. Eo ipso die, inquit Cimon ludorum, Elisabeth filia Aminadab, affecta fuit in Israël quaesuer insigillat, & uno luctu. Nam Leuir eius, id est, Moses erat Rex, maritus Aaron, Pontifex Maximus, frater Nason princeps in omni tribu Iuda, filij quatuor, Cardinalem Pontificatus gradum obeinentes. At duos filios suos igne cœlesti concremarunt. Consentit Iosephus lib. 3. Ant. cap. 9. dum ait eo tempore duos Aaronos interiisse, quo ignis diuinitus emicans parata sacrificia absumpit. Nec dicit S. Augustinus quæstion. 23. in Leuiticum, ubi putat Aaronem idei luxisse morte filiorum, quod necdum impleti essent dies sanctificationis, quia nempe Aaron, cum pridie implevisset septimam suæ consecrationis, debebat octauo die sacris operari, & suæ sanctificationis primitias Deo. Hanc doctrinam tenet Abulensis Leuit. 10, q. 2. & 3. Num. 1. q. 3. Cor-

Ibid. Adrichom. 2454. Torniellus anno 1545. num. 3. & 4. Salianus numer. 29.  
Lorinus Leuit. 9. v. 1. & cap. 10. v. 1.

5. Obicit Caetanus casum istum filiorum Aaron non posse signari eo die <sup>sacrificijs</sup> quoiam diximus; nisi per actis sacrificijs, & populo ad sua dilapso. Verum bene <sup>nequam si</sup> id negat Salianus & ait diuinam hanc animaduersionem sacrificijs needum <sup>nitu</sup>. omnino finitis accidisse.

## CAPVT XVI. LEVIT. v. 29.

<sup>1.</sup> M *ense septimo decima die mensis affligetis animas vestras.* Festum expiationis <sup>Festum</sup>  
hoc die celebrandum fuisse inculcatur etiam infra cap. 23. vers. 27. & Expiatio<sup>2</sup>  
Num. 29. vers. 7. Nec obstat, quod illo cap. 23. vers. 32. dicatur: *affligetis animas ve-* <sup>ntra</sup>  
*stras die non mensis.* Id enim intelligitur de inchoatione ieiunij in euntis ad ves-  
peram die noni computo ciuilis: legali enim suppuratione, eadem vespera cen-  
sebatur initium festi expiationis, quod die decimo celebrabatur, ut ibidem his  
verbis insinuatur: *A vespere ad vesperam celebrabit sabbata vestra.* & vnam in consen-  
suum traduntur Chronologi, cum sacri interpres. Celebrabantur enim fe-  
sta ab occasu solis, ad occasum eiusdem, ut notat ibidem Menochius, Tosta-  
tus Leuit. 2. 3. quæst. 23. quibus alij assentiuntur ac etiamnum practicant He-  
brei.

2. Fatur hoc loco Bonfrerius festū expiationis ex Hebreorū & multorum  
Catholicorum sententia institutum fuisse ad recolendum beneficium remis-  
sionis peccati quod adorato vitulo Hebrei ad miserant. Hoc enim die putatur <sup>Cur inisti-  
tutum.</sup> <sup>1. Opinio.</sup>  
Moyses exacta in monte ultima quadagesima, nuncium criminis plenē con-  
donati retrulisse. Sed hæc omnia ait esse valde incerta. Vrum Moyses die expia-  
tionis ē monte descenderit, nullum in scriptura esse indicium. Hoc festum in  
memoriam remissi peccati institutum fuisse, quam ab illis intrepide assertur, in-  
quit: *tam facile negari posse, cum id in scriptura nullum habeat fundamentum.*

3. Ego vero fateor, hæc minimè apodictica esse: probabilitas ramen arbit-  
rator, si sane intelligatur: nimirum festum expiationis indicium esse primario <sup>2. Opinio.</sup> probabi-  
litas ad expianda totius anni peccata à populo Hebreo commissa, vt innuitur hoc  
c. v. 10. & 34. & tradunt interpres. At hoc non obstat, quin Deus hoc festū eo  
die peragi voluerit, quo Israhel tæ peccatū sibi remissum intellexerū, sive Moys-  
es ternas in monte quadagesimæ exegert: sive binas tātum. Nam & nonnulli  
eorū, qui tertiā quadragesimam in Sina transactum expungunt Moysis redditū  
ad diem 10. mensis 7. referū, vt Torniellus. Et si verò Moysen, ad expiationis  
diē cū tabulis reuersum scriptura nō exprimit: antiqua tamen traditio suggerit,  
quam admittere videtur ipse Bonfrerius Exodi 40. v. 2. vbi cum dixisset māda-  
tū de erigendo tabernaculo datū Moysi, sub finē mensis duodecimi, quādo eius

Bb 2

fabrica

P.  
Philippi

Chronologia  
Testamenti

A. IV

17

fabrica complebatur, colligit quinque circiter menses cum dimidio, intificatione tabernaculi fuisse positos, eo quod tantum temporis interiacenter diem expiationis & finem mensis vltimi. Nempe Moyses mox à funditu cum secundis tabulis & læto remissi peccati nuncio, tabernacoli bricam auspiciatus est, cum non esset vlla causa, quæ opus istud temretur.

## CAPVF XXIII. LEVIT. v. 5.

Mense primo, quarta decima die mensis ad vesperam Phasæ Domini est.

## QVÆSTIO I.

*Cuius diei vesperæ intelligatur.*

*20. diei 13.* 1. *Q*uidam hunc versiculum ita sunt interpretari, vt dicerent agnus chalem immolandum fuisse illo vespere, qui inter diem 13. & 14. cedit. *Quia* legi caatum erat, vt Hebrei à vespera ad vesperam sua sabbatu rent, vt hic dicitur, v. 32. Deinde Iosephus ait Hebreos in Ægypto prima cha celebrasse appetente siue instantे luna decim aquarta. 3. Dicitur Den 16. v. 6. immolabis phase vesperæ ad solis occasum, quando egressus es de Aegyptio. Vnde nulli concludere volunt, Hebreos migrasse, circa solis occasum, quo clauditur dies 14. prius autem, etiam circa solis occasum immolasse phase finum Paschalem. Quod ex Zonara confirmant, quieis videtur docet lem ex Ægypto ex cessisse luna decima quinta oriente. Certum autem nam decimam quintam eo ferè tempore oriri, quo in aduersa cœli patet cumbit.

*Sed 14. ds. finem.* 2. Hanc nihilominus interpretationem falsam esse bene ostendunt. Thibic. q. 7. Suarius tract. de Eucharistia in azymo conficienda, Ribera de Templo cap 3. Cornelius, Bonfrerius, Menochius & alij in hunc locum niellus, Salianus in tabulis mensium, Petavius anno m. 2452. Hebreos ritualibus. Consentient Sectarij Calvisius cap. 38. Intrd. Chron. Albi Chronol. 5. Qui omnes authores ex communis doctrina statuunt Hebreos solum in Exodo, sed sequentibus etiam temporibus ex legis præscriptoribus Paschalem immolasse ad finem diei 14. & hunc afferunt sententiam esse vel iam recitati. 1. *Quia* quando absolute dicitur alienius diei vespera, ergitur de fine illius diei. Ut si quipiam gestum scribatur ad vespere bati, ea significatur, quæ sabbatum terminat, idque ex communis vespere & loquendi consuetudine. Singuli enim dies et si duabus vespere terminis includantur: non tamen habent nisi unam vespere sibi propriam scilicet, qua finiuntur. Ea vero vespera quæ sabbatum præcedit

*Prob. 1.*